

244  
245

PUBLICUS PIETATIS INTERPRES,  
<sup>Quo</sup>  
*SERENISSIMO atq̄* *CELSISSIMO*  
*PRINCIPI ac DOMINO,*  
DOMINO  
**FRANCISCO,**  
PRINCIPI  
**RAKOCZIO,**

de Felső-Vadász, Comiti de Sáros, Duci Munkacsienfi, & Makovicziensi, Domino perpetuo de Saáros-Patak, Tokaj, Regécz, Ecsed, Somlyo, Lednicze Szerencs, Onod&c.

*DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,*

*debitum humillimae mentis obsequium  
demississima reverentia*

Die XIV. Octobris Anni M. MDCCIX.

*approbare voluit,*

*SERENISSIMAE SUAE  
CELSITUDINI*

*devotissimus,*

**ANDREAS OTTLIK,**  
de OZor & Kochanocz, Pannonius.

---

THORUNII,

Impressit JOANNES LUD. NICOLAI, NOB. SENATUS ET GYMNAS.  
TYPOGRAPHUS.



ROBERTUS PATER INTERPRES.

SEXTUS PATER INTERPRES.

FRANCIS PATER INTERPRES.

DOMINO

FRANCIS

PRINCIP

RAKOCZY

de J. de V. Comiti de Hungr. & Transilvan. Dux. & Hungar. & Slavonic. Regis. & Imperatoris. & Electoris. & Archiepiscopi. & Episcopi. & Abbatum. & Monachorum. & Nobilium. & Militum. & Civium. & Sacerdotum. & Clericorum. & Religiosorum. & Scholarum. & Magistrorum. & Doctorum. & Professorum. & Magistrorum. & Doctorum. & Professorum. & Magistrorum. & Doctorum. & Professorum.

DOMINVS

DIXIT

PER

CELLI

ANDREAS

THEOBALDVS



SERENISSIME AC CELSISSI-  
ME PRINCEPS DOMINE  
LONGE CLMENTISSIME



X quo per rationem æta-  
tis, qua robur ingenii cor-  
porisque colligitur, illam  
vim intrame sensi, qua Re-  
ges & Principes, Divinitatis quodam-  
modo virtutem æmulati, in animis Civi-  
um venerationem excitant: tum nihil  
magis mihi elaborandum esse censui,  
quam ut in sanctissima obsequendi lege

zil

A

confi-



confisterem perpetuo, & illam devotissi-  
mi animi pietatem, qua devinctus TUÆ  
CELSITUDINI vivo, constantissime  
servarem. Etenim ille excelsarum vir-  
tutum, quibus emicas SERENISSIME  
PRINCEPS, Splendor est tantus, ut to-  
tus plane in earum admiratione defixus,  
velut fulgidissimo solis jubare circumfu-  
sus, pæne obstupescam. Nefas est, illo-  
rum curam, qua Patriæ salus sustinetur,  
malevolentia quadam animi suppressere  
aut grato animo non confiteri. Prin-  
cipum cogitationes, qua solent alia re,  
nisi Civium suorum utilitate ac commo-  
do circumscribi? Ea est illorum condi-  
tio, qua dum Deo proximi, ut liberaliori  
providentiæ sedulitate ac cura suos sole-  
ant reficere, & offensos fortuna recreare.  
Anxii illi bellorum labores, quibus con-  
cuti ac conquassari orbem hodie videmus  
omnem, mitigantur quodammodo, & de-  
pressi calamitatum pondere Cives se  
emergunt aliquantisper, ubi restituendæ  
libertatis, quietis otiique maturandi  
consilia tractantur. Est enim hæc fata-  
lis



lis omnium rerum vicissitudo, quam ab  
omni hominum, quamdiu fuerunt, me-  
moriam fluere ita deprehendimus, ut vici-  
bus certis fortuna sæpius, ludat mutuo se-  
se excipientibus, felicitatique fines sint  
certi præstituti pariter & initia olim resti-  
tuendæ. Nunquam enim ulli mortalium,  
nec potentissimo, sine aliqua accerbitatis  
mixture accidit felicitas. Eccui igno-  
tum est, ingentes misérias ingenti identi-  
dem proluisse felicitati, resque publicas  
splendorem aliquando recepisse, tenebris,  
quibus erant involuti, dissipatis penitus  
ac dispulsis. Hanc rerum prosperam  
consecutionem intextam plerumque au-  
spiciis Principum videmus, quos consti-  
tuit Divinior Majestas, ut suo asperitatem  
fati sublevent Consilio, ac spe secundio-  
ris temperare suam sciant laborandi assi-  
duitatem. Quotiescunque animo patriæ  
nostræ facies obversatur, obversatur au-  
tem quotidie, haud levem doloris impri-  
mit sensum: ad illam tamen me quoque  
traducit spem non vane conceptam, fore,  
ut tua SERENISSIME PRINCEPS, vir-  
tute



tute & consilio, sancita æquis conditioni-  
bus concordia ac stabilita, flori pristino  
& dignitati restituatur. Est enim avita  
hæc ac PROPRIA RAKOCZIANÆ  
GENTI virtus, ut pro patriæ juribus, san-  
ctitate legum ac publica salute, animosè, &  
liberalissimo mentis impetu omnes curas  
cogitationesque evigilare annitatur. An-  
nos numerare volentibus, quibus nomina  
RAKOCZIORUM fasti Pannonici præ-  
scripserunt, non vacui laudum tituli, aut  
obscuræ res, sed immensus quidam gloriæ,  
qua fulserunt Principes RAKOCZII, Cu-  
mulus occurrit: nec ullum tempus ea ca-  
ruit laude, quæ ad immortalitatem viam  
munit, famamque Principum ad memori-  
am posteritatis propagare solet. Revo-  
cavit divina benignitas in indole TUA,  
DOMINE, dotes omnes RAKOCZIA-  
NÆ GENTIS, dispersasque omnes, & in  
singulis fulgentes nexu quodam suavissi-  
mo atq; ad posteros memorando mirifice  
copulavit. Plane ut nihil desit, quod vel  
ab natura factrice dari, vel acquiri indu-  
stria, vel à fortunæ bonitate expectari  
potest



potest. Sive enim spectes Consilii in rebus  
dubiis capiundi solertiam, sive, in regimi-  
nis administratione admirabilem pruden-  
tiam, sive, in tolerandis periculis pacien-  
tiam incomparabilem, in adeundis, im-  
perterritam animi magnitudinem & ro-  
bur, sive denique excelsæ fortitudinis ex-  
empla, tot tantaq; omnia sunt, ut silentii,  
quam ineptæ facundiæ, in recensendis iis,  
crimen præoptem sustinere. Bello nostri  
temporis Heros a vetus **CELSISSIMUS**  
**PRINCEPS**, velut alter Scipio, Roma-  
norum longe fortissimus nobilissimus-  
que, cuius omnem vitam in ferro fuisse  
ferunt. Neque tamen minus pacis, quam  
belli artibus inservire didicit, eandem,  
quam idem ille Scipio olim, vivendi rati-  
onem ingressus, dum similem in modum  
gravissimorum intervalla negotiorum o-  
tio salutari dispungit, ac literarum studiis,  
dulcissimo mentis pabulo, laboris mole-  
stiam abstergere unice ac diluere solet.  
Ita præbent Heroum tropæa ac illustri-  
um monumenta facinorum posteris ex-  
empla, (quæ efficacissimæ Principum  
B sunt



sunt disciplinae, ) quorum inflammati vi,  
ad similem gloriae immortalitatem aspi-  
rant, atque, ne dissentiat sua ab illorum vi-  
ta, cupide efficere conantur. Non tam  
TIBI, DOMINE, eximia maiorum Ma-  
jestas & Excellentia incitamentum ad  
gloriam, quam metam dedit, ad quam  
tenderes. Haec animum exacuit, ut in-  
crementorum perpetuitate augeres ac-  
ceptum splendorem, & cumulum gloriae  
adjiceres ubique executione rerum sum-  
marum. Dudum fama Nomen RA-  
KOCZIANÆ GENTIS coelo intulit,  
communicavit, quaquaversum patet,  
orbi, & proximos in veneratione popu-  
los, in admiratione dissitos arcana qua-  
dam vi, conjunxit. Fabiis, summis Ro-  
manorum Heroibus, magnæ cedit laudi,  
patriæ ipsos cum primis fuisse amantes, &  
propriae salutis vitæque, publicae causa,  
prodigos, in confertissimum hostium  
agmen saepius immisos, magna animi  
constantia pugnasse, ac, recepto laudis  
proposito, unice laborasse, ut duram ser-  
viendi conditionem, quæ impendebat  
Ro-



Romano populo, depellerent longius & amolirentur. Optima enim lex est militis, non indiligentis ducis exemplum: nec unquam hujus industria segnes gregarios reddidit. Obequitabat Alexander M. formidandum illud orbis fulmen, turmis, & dato ad pugnam signo, excitabat, ac, collectis non numero militum quam robore viribus, hostes aggrediebatur. Imbelles animoque remisso homines aut suo exemplo, aut voce sua accendit, aut ne timiditate nocerent aliis, ab exercitu removit. **TIBI, SERENISSIME PRINCEPS**, non grave ac molestum est, vitam in tentoriis & castris agere, ferre inclementiam coeli & injurias, ac tempestatibus exponi, & Tua incredibili militibus patientia prælucere. Hæc leviora alicui poterant videri, cum extra vitæ periculum tolerantur. At cum hoste configere cominus, manumque conferere, primas aggredi acies, aperire agminum latus, phalanges perumpere, generosi tantum est, & qui non magis videri fortis, quam potens & strenuus esse, ac factis ipso ostendere cupit. Quoties cer-



tamen in eundem, TUVVM ductum, SERENISSI-  
ME PRINCEPS, sequuntur milites, & ad Tuum  
exemplum animos colligunt, eosque non minus  
obsequium, quo TIBI tenentur, quam virtus ad  
prælium invitat. Exardent multi pugnam & cu-  
pitudine victoriae incensi, hastam vibrant, hosti obii-  
ciunt, non ubique ponderantes, ali magis iuvari-  
que sapius hostium potentiam, maturato conflictu,  
quam atteri. Prudens mora identidem plus valet,  
quam anxia festinatio. Astu enim & ingenii acie  
hostem perdere ac profligare gloriosius est existi-  
matum, quam vi prosternere armorum. Illud ve-  
nit à consilio, quo rerum momenta consistunt, hoc  
ab ense, & corporis robore. Nam circumducere  
hostes, & ficta pugnandi specie illudere, aliisque ar-  
tibus ad fallendum compositis, pedetentim minu-  
ere vires, consuetudo bellica apud veteres fuit, nec  
nostro seculo plane improbata. An vero illa mi-  
litaris peritia TE, SERENISSIME PRINCEPS,  
destitutum putare possumus, qui tot pugnas mo-  
deratus es, quod alii vix interfuerunt, toties victor  
evasisti, quoties alii vix ingredi pugnam audent?  
Ita circumspicis omnes rimas, ut nihil prudentiæ,  
nihil labori, nihil acerrimæ iudicandi perspicaciæ ad-  
di possit, nihil fortunæ, aut bonitati causæ præiudi-  
care. Nemini itaque dubium est, quin, a Te egre-  
giarum rerum exempla sumi queant, cum accura-  
ta bellandi arte & scientia multum valeas, plus re  
ipsa in acie possis. Præsertim quando illi TE po-  
pulo Deus proposuit, qui multis abhinc seculis in  
Daciae



Daciae & Scythicarū Regionum possessione floruit, Nobilitatemque Nominis non quæstuariis artibus, sed militia, ad quam ab natura quasi factus videtur, definivit. Proloquantur annales fortitudinis exempla, & Vngaricae gentis recenseant in bellando assiduitatem, ardorem prope incredibilem in tuenda libertate, maxime sub Geysis, S. Stephano atque Andrea, Regibus optimis, & toto orbe celebratis. Mores Pannoniorum veterum efferatos correxit aliqua ex parte, legibusque animos astrinxit Ladislaus II. Non perdidit operam Matthias ille Corvinus, Princeps nunquam satis laudandus, quem ob amorem in literas, & rei militaris scientiam, aliasque regales virtutes suspexit orbis, admirati sunt Principes, quando ex feritate Cives ad mansuetudinem traducere laboravit. Idem ante Eum tentavit Andreas II. Vt enim Lacedæmonios mansuetiores Agesilaus docuit mores, & Numa Romanos, sic ille Pannonum asperitatem, quam ex vicinorum commercio habebant, modestia vitæ temperare est conatus. Idem ille est Andreas, qui privilegia populo impertitus est, leges & iura instauravit, & ut gentis Annales testantur, privilegia servari à Regibus sanctissime voluit, eaque ipsis superiora, libertatis populo conservandæ causa ductus, iudicavisse comperimus. Quam præclaram agendi virtutem sequentes custodiverunt Reges, qua cum Cives fidem, obsequium & rectum vivendi propositum, coniungendum esse putaverunt. Quod si, uti commemo-



ratum est, praecipuum bene ac feliciter bellum ad-  
ministrandi fundamentum est, Cives non tantum  
in obsequio continere, sed praesertim legiones ad  
disciplinae leges adstringere, & ne orbitas, quibus  
circumscribitur ipsorum vita, migrent, cavere: sane  
nullibi dicto magis audientes, aut proniores ad ob-  
temperandum, quam in TUO, PRINCEPS SE-  
RENISSIME, exercitu homines videmus. Itaque  
cum sine maleficio armatorum agmina per agros  
transeunt, quietum tranquillumque iter, quantum  
fieri potest, servant, non ipsorum ingenio, sed TUAE  
providentiae, ac Nominis TUI venerationi haec ip-  
sa continentia tribuenda esse videtur. Dabis, ut  
spero, CLEMETISSIME PRINCEPS, veniam  
confidentiae, qua utor, si non tam digne, quam in-  
genue meritorum Tuorum sublimitatem admirari  
audeo. Quam tamen nemo vel summa oris facun-  
dia praeditus assequi valet. Quod si vero multum  
pertinet ad moderandos Cives, quid iidem sentiant,  
quid existiment, qui in obsequii societatem trahen-  
di sunt, propterea, quod fortiori opinionis vi, quam  
ulla ratione soleant commoveri: sic TUA facit,  
DOMINE, inusitata & plane incredibilis Clemen-  
tia, ut omnes tutum sibi perfugium in illa pollice-  
antur, pauci a TE seiungi velint. Quae in-  
cidunt in Cives Tuos miseriae vitae, sumpta TUAE  
MVNIFICENTIAE fiducia, tolerabiliores multis  
fiunt. Multae sunt urbes, plurimae familiae, quas e-  
vertisset publici fati atrocitas, nisi TVA prohibu-  
isset



isset MVNIFICENTIA, & objecto quasi mature  
Clypeo, ictus fortunæ declinasset. Est hæc fatalis  
armorum conditio, & exitialis bellorum opera,  
ut vastitatem urbibus, agris sterilitatem, egestatem  
Familiis, erectioribus mœrorem animis ac despera-  
tionem, & quidquid oneris esse potest, inducat.  
In his tamen, quæ acciderunt mille calamita-  
tes, ingentesq; belli labores, quibus nunc confi-  
ctatur Pannonia, remedia non desistit TVA Cle-  
mentia abunde præstare. Hæc, velut salutare  
sidus & beneficum solis lumen, quod noctis cali-  
ginem dispellit ac dissipat, cum primum fulgere  
incipit, mœrentes animi erigere sese, ac præsentis  
solatio refici ac reviviscere denuo videntur. Diffi-  
cile dictu est, an hostes TUAM in pugnando for-  
titudinem timeant magis, an mansuetudinem  
prædicent victi, an omnes venerentur iustitiam &  
severitatem? Hac sese arte optimi commendant  
PRINCIPES, quæ Civium animos ad obsequi-  
um incendit, & dignitatem fortunamque in tuto  
collocat ac confirmare potest. Stupidum eum esse  
oportet, quem munificentia PRINCIPVM ad  
cultus & reverentiæ officium non excitet? qui  
amoris summi documentis convictus, obrutusque  
in usitatis beneficiis, in veneratione affectum pie-  
tatis plenum non ostendat? Exuere honestatis  
sensus videtur omnem, qui, posthabita animi re-  
ligione, PRINCIPIS CLEMENTIAM non æsti-  
mare, & insigni cœli deposito non gaudere velit



mirificeque gloriari? Explicare se Numen æternum non melius, ac in Vicario suo, qui in terris res moderatur mortalium, videtur, ut iustitia ac severitate puniendos nonnunquam Cives, alios eosdemque meliores mansuetudine recreandos, putet. TVA, SERENISSIME ac CLEMEN-  
TISSIME PRINCEPS, munificentia multis argumentis Civibus TVIS perspecta est, cum pri-  
mis me movet, ut, iniecta animi religione, æterno cultu & subiectissima veneratione TVAM  
PVRPVRAM adorem, ac, velut pulli aquila-  
rum solent vivacissimum solis iubar, ceu commu-  
nis beneficii ac luminis Promum Condum, e  
longinquo salutem. Redundant enim quotidie  
innumerabilia inusitatae TVAE CLEMEN-  
TIAE documenta in me, ac, velut ex perenni  
fonte largissima omni tempore effluunt flumina  
beneficiorum. Quam ob rem causamque op-  
pressus plane TVA MVNIFICENTIA, tan-  
tum hoc fidei ac demissionis nunquam intermo-  
riturae pignus extare volui, leve quidem ac pror-  
sus exiguum, ob id tamen, ut arbitror, non in-  
gratum, cum nihil ab ullo, quod TUORUM  
meritorum splendorem ac decus attingat, expecta-  
ri unquam potest. Quapropter in votorum  
tantum religione, a qua nemo civium meliorum se  
disiunget, subsisto, Deumque supplex convenio,  
ut immortalem illam RAKOCZIANÆ GENTIS

glo-



gloriam, quam non fortuna, sed virtus largita est, custodiat, & integram semper ac sine prolapsione conservet. Incolumitatem præstet SERENISSIMO ac CELSISSIMO PRINCIPI, CONIUGI SOBOLIQUE inclytæ, delicio patriæ, & inoffenso valetudinis tenore vitam transigere patiatur. Quem autem, SERENISSIME PRINCEPS, plenum gloriæ ingressus es cursum, nihil retardet, nec ulla sinistri eventus fatalitas eum infuset. Largiatur consiliis felicitatem Numen, &, dum patriæ vices TUA sustines fortuna, vigilent pro TE sanctissimi Apparitores, & ubique TE tueantur. Tandem idem ille concedat DEVS benignissime, ut TVA felicitate ulterioribus patriæ salus incrementis provehatur, &, restituta pace, initaque cum AVGVSTISSIMO IMPERATORE concordia, TVI splendoris, meritorum atque industriae, qua afflictis patriæ consulis rebus, cumulo, cives, ut iam suspiciunt, pari cultu & animi affectu laetissimi, perfruantur.





gloriam quam non fortuna, sed virtus laeta est  
custodiat, & integram semper ac sine prole  
conseruet. Inconuictam praeter SERENIS-  
SIMO ac CHRISTISSIMO PRINCIPI, COMITU-  
GI SOBOLEUM in dextera, dextero pariter  
officio valedimus tenore huius transcrip-  
tionis. Quem autem, SERENISSIME PRIN-  
CIPS, plenum gloriae ingessis, ut cum  
reueret, nec huius laetitiae eventus  
sollet. Lapsus consilii schismate  
& dum patriae vices TUA saluare  
leat pro TE sanctissimi Apatricos, & vobis  
tueatur. Tamen idem ille concordia  
benignissime, non VA scilicet ut  
tuae salus incrementis provehatur, & totum  
pace, inique cum ALGUSTISSIMO IMPER-  
TORE concordia, TVI in dextera, dextero  
sique industria, qua afflicta patriae conseruet  
bos amulo, eius ut iam insistant, in col-  
tu & animi salutem



113636